

Cæsi ex utraq; parte complures. Tandem Odoacer maiori accepto q̄ il
lato detrimento ī urbē repulsus est. Post eā pugnam Ariminum urbs eue
stigio se se theodorico dedit. Erant ibi naues aliquot castellatæ quas græ
ci dromones appellant. Inde ad Rauennatē portū aduehi imperauit. Vt
ab ea quoq; parte obsidionē magis urgeret. Paucis iteriectis diebus iterū
ausus odoacer erumpere: In urbem denuo repulsus. Præerat tunc Rauē
næ Ioannes Archiepiscopus magnæ uir sanctitatis. Quū uideret quibus
in calamitatibus & periculis uniuersæ ciuitatis populus uersaretur: Seque
strē se itulit ad pacē inter eos reges cōponēdam: Dure ferebātur cōditiones
quippe ī fortuna admodū dispari. Cum res itaq; conuenire non possent:
passa est Rauenna difficultates maximas famis & pestilentiaē supra omni
um fidem. Vt sordidissimis quibuscunq; dictū ēt horrendis non parcere
tur. Tribus annis pertinax utriq; durauit obsidio: dedit tādē se se odo
acer hosti una cum filio suisq; omnibus ea conditione ut corporibus & ui
tæ parceretur. Angulū aliquē italię illis theodoricus inhabitādū daret. In
gressus urbē theodoricus: Videre hoīem nō sustinuit: Atq; eo dissimulāte
a Gotthis quibusdā per rixe speciē pater filiusq; interfecti. A deo tyrānidis
cupiditas ubi semel animum occupauit nullus eē pōt aduersus eā uirtu
ti locus. Herrulis attribuit agros nonnullos iuxta Taurinos saltus: illisq;
regem dedit. Perfecto igitur bello: atq; omni recepta italiā Theodoricus:
Romam profectus: susceptus est a Senatu populoq; omni honoris cul
tu atq; lætitiā. Interea uero dum Rauenna obsidetur: & bello ardet Italia:
Gundibaldus Burgundionum rex maxima manu alpes transgressus ua
stissimas edidit populatiōes: Nō agros tantum diripuit: Sed urbes etiā
imunitas ingētem abduxit prædā rerum hoīumq;. Calamitatis huius ma
gnitudo melius ex in sequenti libro cognoscetur. Nouem iā Barbarorum
exercitus annis circiter octoginta uel ingredientium uel egredientium cedi
busq; & rapinis oīa fædātium attriuere italiā. Ita quidē ut mirum fuerit
aut ciuē oppido aut colonū agro superfuisse. Nec ī oriēte qdē īperii res ge
ræ perstiterē. Vt desideratus sit aliq̄do theodoricus & gotthi. Nā Bulgares
īgētibus copiis isaurici tēporibus in traciā descendisse auctor est dādulus.
Magna spe uastitates edidisse. Cōsumptā quoq; igni cōstantinopolim scri
bit: Sed a bulgaris ne an fortuito immissus ignis fuerit: silentio præterit.

LIBER QVINTVS

Trigimus superiori libro q̄ breuissime potuimus labo
res calāitatesq; quibus annis paulo minus. xl. post Athi
læ discessum oppressa italia ē. Non ut eorum tempo
rum historiam scriberemus: sed ut quedam quæ ma
gis insignia ac memoratu digna sunt uisā narraremus
Ex quibus adacti sint hoīes ad hæc paludiū cōfugia petenda. Ea sumus p
secuti. Cætera diligentia eorum: qui scripserūt: uel q̄ scripturi sunt omi